



**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordinariae in
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

Quo Praeter Varias Ac pervtiles Additionibus praecipuis & in foro
potissimum occurentibus Tomi primi Quaestionibus annexas, etiam S.
Rotae Romanae Decisiones Novissimae De Eadem materia editae, &
singulari studio selectae continentur - Hac postrema editione
praecedentibus duobus Tomis primum additus

Chokier, Érasme de

Coloniae Agr., 1684

Decisio LXXIV. Episcopus de jure habet fundatam intentionem in
iurisdictione causarum criminalium, & qui se exemptum praetendit, quid
probare debeat.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61921](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61921)

DECISIO LXXIV.

Episcopus de jure habet fundatam intentionem in jurisdictione causarum criminalium, & qui se exemptum prætendit, quid probare debeat.

R.P.D. Verospio.

Decis. 126.
par. 4. tom.
1. recens.

Baren. Jurisdictionis.

Lunæ 20. Maii 1613.

SUMMARIUM.

- 1 Episcopus de jure habet jurisdictionem causarum criminalium in sua diocesi.
- 2 Exemptus ex privilegio an & quatenus manuteneri debeat contra Episcopum n. 3. & 4.
- 5 Enunciativa quatenus probet exemptionem.
- 6 Bona fides non inducitur ex errore juris.
- 7 Culpæ appellatione venit etiam delictum.
- 8 Commissio iactationis & iactationum non probat jurisdictionem in commissione assertam.
- 9 Iactationis & iactationum iudicium intentans probare debet se possidere.

Dominus Prior & Clerici Ecclesiæ D. Nicolai civitatis Barenfis sub prætextu exemptionis in vim cujusdam privilegii Paschalis Papæ Heum jurisdictionem Reverend. Archiepiscopi declinant, ac propterea nonnullos actus jurisdictionales contra ipsorum personas gestos declarari peterent attentatos, causa super dicta exemptione mihi in Rota commissa dubitavi, an constaret de dictis attentatis & cui mandatū de manutenendo cōpetere? & DD. causā benè discussā responderunt de prætextu attentatis nō liquere, sed D. Archiep. in cognitione causarū criminalium esse manutenendū, cum illius quasi possessio tum ex pluribus actibus, tum ex testibus pro eodem examinatis appareat, junctā præsertim juris communis assistentiā, per quam

T 3

quam ad solum Episcopum spectat criminalium causarum cognitio. *Gl. in c. irrefragabili §. excessus in verb. per capit. de off. ordin. Abb. in c. cum contigat n. 4. de foro comp. in c. Audis n. 6. de prescript. Caput. dec. 203. part. 3. ex qua sola juris assententia debetur Ordinario manutentio. c. cum persona & ibi DD. de priv. in 6. & fuit dictum in causa Burgen. jurisdictionis S. Joannis 7. Februarii 1596. coram Orano.*

2 Non obstat quod ex dispositione *c. cum persona de priv. in 6.* videatur prior manutentendus, cum exemptionis privilegium exhibeat & probet quadragenariam quasi possessionem. Nam privilegium, ultra quod concedit levium tantum culpam coercionem, & sic delicta, & commissa extra claustrum non comprehendit, fuit ulterius abrogatum per Conc. Trident. in c. 20. §. ad hec sess. 24. de reform. & super eadem Congregat. pluries statuit ordinarium in cognitione, causarum criminalium esse manutentendum, donec inferior super immemorabili canonizatione per 3. confirmes obtineat, non obstantibus privilegiis, consuetudinibus, & quacunque litis potentia: sublato autem d. privilegio, etiam quod Prioris possessio probaretur, non possit illi suffragari, tanto magis, cum actus jurisdictionales, ut plurimum fuerint ab eodem exercitati post mortem litem de anno 1537. qui propterea dieuntur attestati *c. i. ut lite pend. in 6. Ro. dec. 374. de vers. n. 4. l. 3. & dec. 456. n. 1. ead. part.*

3 Præterea dato etiam quod Prior & Clerici cum titulo dicti privilegii suam probarent quasi possessionem exemptionis, quia tamen testes pro iisdem examinati non deponunt de criminibus in diocesi & extra Ecclesie claustra patris, quoad hæc ipsi manutentendi non essent in exemptione, sed cognitio pertineret ad ordinarium, ad quem illorum spectat correctio. *Cap. 1. de priv. in 6. & ex Conc. Trident. c. 4. sess. 24. de reform.*

4 Nec relevat quod excipitur d. c. i. non procedere in exemptione personali, de qua loquitur privilegium Paschalis: nam ut tradunt *Abb. in c. fin. n. 6. & 7. Felin. ibid. n. 5. & reliqui Canoniste communiter, de foro compet. dictus textus locum habet in quacunque exemptione, ut pluries etiam firmavit sacra Congreg. Concilii, Et licet Covarruv. pract. q. 6. n. 5. vers. quid enim asserat illius capituli dispositionem in simili exempto procedere soli Papæ immediatè subiecto, secus ubi exemptus alteri subdeditur, ut in casu, in quo Prior Clericos Ecclesie S. Nicolai sibi præterendit esse subiectos, hæc tamen distinctio non videtur admittenda, tanquam expressè contra illum tenens, in fine principii vers. & id ipsum, ubi licet privilegiatus coram certo solo iudice valeat conveniri, punitur tamen etiam ab ordinario, in cujus jurisdictione delinquit, cum fortiatu ratione delicti novum forum, cui Papa noluit per privilegium derogare, ut tradit *Frans. in d. c. i. in 2. notab. Dec. conf. 3. n. 3. & idem Francus dicit prædictum textum esse intelligendum de privilegio exemptionis plenæ, quantumcunque lato.**

Non obstant declarationes Archiepisc. Romualdi & Putei, ut ex illis potuerit Prioritulum putativum acquirere validum ad præscribendum; nam in dictis declaratione.

ratio.

rationibus, cum nulla concedatur Priori iurisdictione, sed solum enunciatur illam ad Archiepiscopos non spectare, non potest inferri perneceffe Priori habuisse talem iurisdictionem in criminalibus, quia residet illa penes Sedem Apostolicam & Ordinarium tanquam eiusdem Sedis delegatum, ut in terminis, & in hac eadem causa respondit Sacra Congregatio Concilii, & fuit dictum in *Tirasonen. iurisdictionis 5. Julii 1593. coram Card. Millino.*

Unde cum nulla fuerit quoad causas criminales in Priorem translata iurisdictione, nullus pariter ex illis declarationibus potuit acquiri titulus aptus ad prescribendum, cum iuris error, quando videlicet quis validum credit, quod validum non est, bonam fidem non inducat, ut post *Imol. in c. Apostolica n. 8. de donat. tradit Fel. in c. de quarta. n. 35. vers. sed considera primo de prescrip. & in c. si diligenti sub n. 12. vers. sed considera bene eod. tit. Bald. in l. celsus n. 8. de iur. cap. Alexand. conf. 74. n. 7. l. 3. Castren. conf. 70. n. 10. l. 1. & per consequens etiam quod probaretur presentia Prioris quasi possessio, quoniam ex dicto titulo invalido emanaret, illi tanquam male fidei possessori non suffragatur. *cf. in ubi Abb. n. 4. & reliqui Canonista de prescrip. Caput. dec. 36. part. 2. ulterius ex quo de vero titulo constat, nimirum de privilegio Paschalis, & eius vigore Priorilegium culparum correctio tantum indulgetur, recurri non potest ad titulum putativum. Egid. conf. 10. n. 20. in fine Paris. conf. 27. n. 119. l. 1. Aym. conf. 134. n. 44. vers. pro hoc. Rota dec. 731. n. 19. par. 1. d. vers.**

Nec obstat quod appellatione culparum veniant quoque delicta, ex notatis in *7. c. irrefragabili d. excessus ubi glos. de offic. ordin. in 6. & per consequens ex dicta facultate Priori attributa censeatur etiam cognitio causarum criminalium illi concessa. Nam ex lectura d. privilegii patet graviores causas fuisse Summo Pontifici reservatas, & sic Ordinario tanquam Sedis Apostolicæ delegato, ex Concil. Trident. sess. 14. c. 4. de reformatione. & fuit dictum in allegata *Tirasonen. iurisdictionis 5. Julii 1563. coram Card. Millino.**

Ex his igitur cum Archiepiscopum constet habere iuris & Concilii assistentiam, nec non actualem quasi possessionem per testes probatam, eam continuando dici non potest ipsum attentasse *c. 1. n. l. de pend. Lancell. de attent. l. de pend. par. 2. c. 7. limit. n. 4. 8.* Nec ad effectum attentatorum Archiepiscopo restagantur commissiones pro parte Prioris obtentæ, cum enim illæ sint causæ iactationis & iactationum, non impediunt, quo minus suam quis possessionem continuet, quia tale iudicium instituens probare debet se possidere. *Bald. in l. 3. n. 2. C. qui bonis cedere poss. Boerius dec. 255. n. 10. Gabriel. de act. concl. 6. n. 38.*